Post salvatoris nostri passionem eiusdemque gloriosissimum resur
rectionis tropheum mirabilemque ascensionem qua paternum usque
scandit ad solium, necnon et paracliti pneumatis flammi
vomam super apostolos effusionem: sapientie radio irradiati ac
celesti gratia illustrati. passim gentibus nationibusque quos ipse
elegerat: Christi nomen sua predicatione patefecerunt discipuli.
Quorum perlucenti numero mire virtutis sanctus extitit Iacobus
vita beatus: virtute mirificus: ingenio clarus: sermone lucu
lentus: cuius uterinus Iohannes extitit evangelista et apostolus. Hinc namque
per gratiam fuit tanta concessa dignitatis: ut cum ipse inestima
bilis glorie dominus incomparabili claritate coram eius visibus sit monte Tha
bor transfigurari non sit dedignatus: astantibus cum eo Petro et Iohanne
videntibus testibus. Hic cum aliis diversa mundi cosmi climata
adeuntibus nutu dei Hibernie oris appulsus hominibus ibi degen
tibus patriamque incolentibus: verbum dei predicando disseruit in
trepidus. Sed dum parva seges quam tunc excoli velle: inter spinas
fructifera inveniret paululum commoratus: fertur septem clien
tulos pre elegisse ex suis. quorum nomina hec sunt: Torquatus. Secundus.
Indaletius. Tisephons. Eufrasius. Cecilius. Esicius. quorum collegio lolium
evellendo extirparet radicitus: verbique semina tellure
diu sterili permanenti committeret appensis. Cumque dies immineret
supremus Ierosolimam tendit festinus. ac cuius contubernali so
lacio predictorum vernulorum nullus extat subtractus. Quem vero saduc
cea ac pharisiaca dum stiparet manus impia: antiqui serpentis